Fragmentarium

a)



Incipit epistola priuilegii quam iohanne papa susceptam benedictione
ab eo dunstan archiepiscopus a suis
manibus accepit. sed pallium a suis ma
nibus non accepit. sed eo iubente ab alta
re sci petri apostoli
Iohannes eps seruus seruorum dni con
fratri dunstano dorobernensis ecclesiae
archi epo uitae tantummodo permansuri
dam in xpo salutem. Si pastores ouium
sole geluque pro grege sui custodia die ac noc
te ferre contenti sunt. et oculis conspec
tant uigilantibus. ut ne alia quidem ex
ouibus aut errando pereat. aut ferinis
laniata morsibus rapiatur. quanto sudo
re quantaque cura debemus esse peruigiles
ob salutem animarum. qui dicimur pastores
earum. Attendamus igitur nos officium
exhibere erga custodiam dominicarum ouium.
et ne quasi lupo ...

Saec. X. exeunte. — Englisches Pontifikalbuch. Angelsächsische Schrift.
Paris, Bibliothèque Nationale, Ms. lat. 943, fol. 7.

b)



Ex libris Monasterii Sancti Germani a pratis Parisiorum

INCIPIT LIBELLVS SCI AGVSTINI ADVERSVS QVINQVE HERESES.

Debitorem sum fateor. Non necessitate. sed quod est uehementius caritate; Non tam adcompellendum potest esse molestus exactor. quam adreddendum deuotus est debitor; Sed ut impleam quod promisi. adiuuate me sanctis orationibus uestris. ut dns omnipotens det gratiam sermonibus meis. et satis faciam piis mentibus uestris; Si me meminisse dignamini qui in tempore adfuistis. quinque hostium genera esse diximus; Contraque expugnanda inducias postulauimus. ut necessaria preparare possem; Promissus dies inluxit. Nos quoque inpigre adcertamen dno adiuuante processimus; Adiutorium nostrum a dno. qui fecit celum et terram; Donabit certam uictoriam. qui certam donauit audaciam; Non nos hostium turba. non bellantium forma. non quasi fulgens. uestra terreat arma; Goliam magnum. robustum. armis terribilibus. ingentique turba munitum. dauid solus paruus. adque inhermis. uno lapide prostrauit. totaque allophilorum castra turbauit. adque fugauit; Quid autem aliud petra contra goliam manu dauid missa. nisi xpm contra diabolum ex semine dauid significauit. Adgrediamur iam et eorum que diximus quinque genera hostium proponamus; Pagani dicunt; Quid est quod nos exorretis adque abicitis. tamquam multos colentes deos. ecce uos dm quem predicastis colendum. filium habere dicitis. et sine alterius conmixtione sexus. Natum esse confingitis; Iudei dicunt; Quomodo unum colitis dm. quando et hominem quem patres nostri crucifixerunt. dnm dicentes. hominibus extorqueatis. ut tamquam filium dei uenerantur.

A. D. 1029/30. — St. Augustinus. Karolingische Minuskel.
Paris, Bibliothèque Nationale, Ms. lat. 12219, fol. 1.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Tafel 71 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60032)